



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.47. S. Gregorius Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

§. XLVII.

Sæculum VI.
A.C. 582.

S. Gregorius Constantinopoli.

Sanctus Leander, cum Constantinopoli *Isid. illust.*
versaretur; arctissimam dulcemque *c. 28. v. Acta*
cum S. Gregorio iniiit amicitiam, non tan- *SS. p. 379.*
tum in linguæ commercio & vitæ Mo-
nasticæ Professione, sed etiam in morum
congruitate, & ingeniorum consensu fun-
datam. Nam S. Leander, priusquam E-
piscopatum suscepisset, vitam Monasti-
cam professus fuerat. Carthagine nova
natus Patre nomine Severiano duos ha-
bebat fratres Fulgentium & Isidorum i-
temque Sororem nomine Florentinam.
Igitur huic S. Viro S. Gregorius arcana *Greg. Præf.*
cordis sui revelabat, & quæcunque in *in Job. c. 1.*
seipso displicebant; se nempe postquam
conversionem suam diu distulisset, tan-
dem confugisse ad Monasterium tanquam
ad portum a Sæculi tempestatibus secu-
rum; *Sed ecce, subjiciebat, jam vides me*
denuo toto Mundi hujus Oceano obru-
tum. Prætextus buc me mittendi cau-
sæ Ecclesiasticæ fuere; nullibi vero quie-
tem nisi in Fratrum meorum consortio
invenio.

Itaque ut tempus cum Fratribus san-
cte transigeret, Librum *Job* ipsis expli-
cari cœpit, diu ante ut id faceret ab iis-
dem & S. Leandro rogatus. Initium i- *ibid. c. 2.*
psis viva voce exposuit, in reliqua Ho-
milias

Sæculum VI. milias dictavit; postea plus otii nactus
 A. C. 582. totum Opus retractavit, & magnum

Commentarium in Libros triginta quin-
 que divisum composuit. Illi sunt, qui
 S. Gregorii Moralia appellantur, quia ex-

S. Gregorii
 Liber Mora-
 lium.

c. 5. in fin.

planationem sensus litteralis semper ad
 emendationem morum dirigit. Hoc o-
 pus in Ecclesia semper maximi factum
 est. Ut plurimum Textum Versionis
 S. Hieronymi sequitur, quam novam di-
 cit, sed citat etiam antiquam, quia, in-
 quit, Ecclesia Romana utraque utitur.

S. Gregorius in illa commoratione
 Constantinopoli pluribus aliis Viris illu-
 stribus tam Proceribus, quorum magna

Niceph.
 Chro. Evag.
 V. 16.

in Regia erat Auctoritas, quam Præsu-
 libus Orientis amicitiae vinculo junctus
 est; quibus accensendus Eulogius Joan-
 nis haud multo abhinc tempore in Sede

Jo. Diac.
 Lib. I. c. 31.

Alexandrina Successor. Id ex plurimis
 Epistolis, quas sequente tempore ad eos
 dedit, dispicimus. Gregorium Apocri-
 siarii munere magna Auctoritate fun-
 gentem ipsi Imperatores reverebantur.

Sæpe ipsius cura & sollicitudine effectum,
 ut Italia non levia reciperet auxilia, quod
 ex Epistolis Pelagii Papæ colligitur. U-

to. 5. Conc.
 p. 938.

nam illarum Epistolarum posteris con-
 servavit Joannes Diaconus in qua Pon-
 tifex loquitur in hunc modum: *Ad Im-*

peratorem deferres; nos a perfida Longo-
bardorum Gente contra Fidei datæ Sa-
cramen-

*cramentum tot mala perpeffos fuiſſe, ut
iis enumerandis par non ſim. Frater
quoque noſter Episcopus Sebastianus nobis
promiſit, ſe apud Imperatorem commemo-
raturum, quantis periculis & calamitati-
bus Italia prematur. Itaque conferte
conſilia, qua ratione nobis promptiſſime
opem feratis; extrema eſt enim in hac
Regione Reipublicæ neceſſitas, & niſi Deus
Imperatori mentem indiderit, ut ad nos
ſaltem Magiſtrum Militiæ cum uno Du-
ce mittat, perdita ſunt omnia, præſertim
in Ditione Romana, ab omni militum
præſidio deſtituta. Exarchus vero nobis
ſcripſit, nihil auxilii ab ipſo nobis ſpe-
randum, cum nec copiæ ſuppetant, quibus
vel urbes ſibi propinquas tueri poſſet.
Deus det, ut ſuccurrat nobis Imperator,
priuſquam Gentis deteſtabilis exercitus
urbes, quæ ad huc Romano Imperio ſu-
perſunt, (*) occupent. Hæc Episto-
la quarta*

Sæculum VI.
A. C. 584.

(*) Ex hac Episto-
la diſpicere eſt, quem Pe-
lagius Papa Italiæ & Romanæ Civitatis legitimum
Dominum eſſe crediderit. Quomodo autem fe-
quente ævo SS. Pontifices Dominium temporale
in Ditionem Romanam adepti ſint, ipſa Rerum
geſtarum narratio docebit. Certe ſi omnes
cæteri abeſſent Tituli, tamen SS. Pontifices præ-
ſtitis auxiliis, atque Paterna ſollicitudine, qua
temporibus Gothorum & Longobardorum Ro-
mani

Sæculum VI. quarta Octob. Indictione tertia nempe
A. C. 584. anno 584. data est.

§. LVIII.

Res in Galliis gestæ.

Greg. Tur.
VI. c. 42.
Paul. Diac.
III. c. 17.

Greg. VI. 46
VII. 4.

Mauritius Imperator, ut laboranti Ita-
 liae auxilium ferret, misit quinqu-
 ginta millia aureorum solidorum Chil-
 deberto Francorum Regi, sperans Longo-
 gobardos expulsurum. Ille exercitus
 quidem in Barbaros movit, sed eorum
 obsequiis & donis facile delinitus, cum
 præterea Chilperici Patruis sui necesse
 comperisset, paulo post in Franciam re-
 vocatur. Rex Chilpericus Parricidarum
 manibus occubuit Cellis ad Matronam
 anno 584. cum die illa feras insectatus
 domum rediret, postquam annis viginti
 tribus regnasset. Malculus Episcopus
 Sylvanectensis, qui jam triduo expectans
 ad Regis conspectum non admissus fue-
 rat, funus curari iussit, in oratione apud
 defuncti corpus pernoctavit, atque se-
 cundo fluvio Parisios devectum in Eccle-
 sia S. Vincentii sepelivit. Fredegunda
 Regis occisi Vidua pertimescens, ne sce-
 lerum suorum debitas pœnas subire com-
 pelleretur, in Ecclesiam Parisiensem &
 sub

manos foverunt, meriti sunt, ut eo ferme modo
 quo Episcopi in Germania, terrenum quoque
 Principatum obtinerent.